



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **S. Francisci Xaverii E Societate Iesv Indiarvm Apostoli Novarvm Epistolarvm Libri Septem**

**Francisco <de Javier>**

**Romæ, 1667**

Eminentissimo Et Reverendissimo Domino Sfortiæ Pallavicino S. R. E.  
Cardinali Petrus Possinus è Socoet. Iesv, Felicitatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46129](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46129)

EMINENTISSIMO ET REVERENDISSIMO  
DOMINO  
SPORTIÆ PALLAVICINO  
S. R. E. CARDINALI

*Petrus Possinus è Societ. IESV, Felicitatem.*



Qvod aliquid Eminen-  
tia Tua dignum in  
meas bono casu ma-  
nus venerit, rara nec  
mihi negligenda occasio visa,  
est adeundi continuò Tui; meã-  
que in Te præcipuam obser-  
vantiam, ac summam venera-  
tionem, pretioso & Tibi haud  
dubiè placituro munere testan-  
di. Equidem alias expertus be-  
nignissimam Humanitatem,  
Tuam; scio confidere potuisse  
me, haudquaquam aspernaturã

A 2

Emi-

Eminentiam Tuam vel tenues  
exilis ingenioli foetus, si offerre:  
Sed novum ab eo beneficium  
captare cui vetera conarer re-  
pendere, nunc quidem nolui;  
consultiusque ac liberalius pu-  
tavi, tale quiddam, cum possem,  
dare, quod gratiam apud omnes  
sui pretio, non aliena benignita-  
te solum veniam haberet. In om-  
ni quidem Virorum praestan-  
tium memoria curiosa Posteri-  
tas esse solet: sed Apostolorum  
praesertim & Apostolicorum  
Hominum (quo in Ordine quem  
gradum teneat Xaverius, Orbi  
notum est) vestigijs relegendis  
inexplebili semper Christiana  
Pietas inhiavit diligentia. Quod

si de



si de talibus, vt ait S. Chryso-  
stomus, interpretes in hoc publici sē-  
sus, scire iuaret, si qua exquiri  
posset industria; quā transferint,  
ubi habitauerint, quo genere  
vestitus, qua victus ratione sint  
usi; & quæ minuta in hunc mo-  
dum vir ille summus percenset  
cætera; quantò erit optabilius,  
Heroum istorum illa iam maio-  
ra, usu salubriora, dictu specio-  
siora cognoscere: quid dixerint?  
quid scripserint? quas mente cu-  
ras ac sensus, quæ animo ac cor-  
de Consilia, Proposita, Vota,  
versauerint? Me quidem, Emi-  
nentissime Domine, has modò  
Epistolas interpretantem incre-  
dibiliter delectabat, usurpare

oculis, ore suaviari, apices illa  
manu exaratos quæ vicies cen-  
tenis hominum millibus cælum  
aperuit; cui Deus tantum suæ  
potentiæ communicavit, ut  
mortua etiam corpora vitæ  
redderet: at multò, vt par fuit,  
plus movebant specimina in his  
extantia Virtutum Heroica-  
rum, quæ Sancto huic viro tan-  
tum apud Deum gratiæ, tan-  
tum apud Homines gloriæ pa-  
rarunt. Spirant in hisce videli-  
cet adhuc Chartis; illa modestis-  
sima Demissio, Fortitudo & Pa-  
tientia invictæ, Perseverans  
Constantia in rectè ceptis, De-  
spicientia rerum Humandarum,  
Libertas & Candor animi, stu-  
dium

dium salutis Hominum, Zelus  
 flagrantissimus Divinæ Gloriae;  
 Caræ omnes ac commendatissi-  
 mæ Tibi, Eminentissime Domi-  
 ne, Laudes: quæque Novis pro-  
 inde Hisce Epistolis spondeant  
 non minus facilem ad Te Ad-  
 missionem, nec minus efficax à  
 Te Patrocinium, quam simili-  
 merito Xaverianæ dudum edi-  
 tæ priores, in Francisco Toletō  
 Sapientissimo Laudatissimo-  
 que Cardinali repererunt. Va-  
 le.